


Franciscus Tranquillus Andronicus

Dialogus Sylla





111. 11. 3
Makor

DIALOGVS
SYLLA
AVTHORE
TRAN
QVILLO




ILLVSTRI ET MAGNIFICO VI-
RO D. IANO LASCARI RHINDA
CENO DOCTRINARVM ET AN-
TIQ VITATIS PARENTI, TRAN-
QVILLVS ANDRONICVS DAL-
MATA, S. D.

CVM MICHAELĒ NARDINO
meo necessario viro ingeniō & docto lō-
ga militi disceptatio fuit de nosītē nationis
homine Diocletiano Imperatore, qui eadem animi
magnitudine, qua sublatuſ erat ad fastigium rerū
humanarum, ad priuatam vitā redierat. Quod me
defendente, illo contra niente, eam disputationem
sub Cæſaris & Syllæ persona retuli. In temperando
autē ſtolo non ſimplex diſſicultas fuīt, nā ratiō poſce-
bat, vt effet infra orationem grauitatem, & ſua gra-
uissimis personis dignitas attribueretur. Existimauit
hanc meam fœturam non nihil ad tuam ſorūnam
pertinere, non aut... n solandi cuique conſirmandi
gratia, in quo virtus & ... eræ ſummum adire peris
eulum videantur, ſed quoniam auguſtali ſanguine
ortus, ut pote cuius maiores longa ſeriç Cōſtantino-
poli imperarunt, viciſſitudine rerum ad hanc tenuis
eatem redactus ſis. Quam tu commutationē ſic for-
titer toleras, vt iſtud viuendi genus elegiſſe videoſ
te. Itaque mitto tibi hunc dialogum, vt cū tua for-
te conferas, aciſi probaueris, te authore exeat in mas-
nus hominum, & noſter Diocletianus vindictura
calumnia. Vale.

¶ Tranquilli Andronici Dalmatice dia-
logus Sylla, Interlocutores Cæsar, Sy-
lla, Pompeius, Minos.

CÆSAR.



AN EVASimus in
terram, vale Charō
ego ad' Plutonē fes-
tino. Di⁹ immortas
les in quod discrimē
adduxerat me for-
tuna, linter putri ca-
rie quali cribrum fa-
thiscit; vndiq; Palus
scaturiebat, iam alluebat poplites, ac postea-
quam in ripam impiegimus pene tota cimba
dissiliit. Non ita me rabies - Quantis oceanī,
non adeo furentes mariis Adriatici procellæ
terruerant. Evidem ab hominor hanc tem-
pestatem: nam vereor ne istuc sit omen cui-
iuspiam insœlicis euentus, qui meum ani-
mum curis & perturbationibus exagitet. Se-
pe solent magnas calamitates quædam veluti
signa antecedere: quibus etiam nostra crude-
llissima cœdes significabatur, si di⁹ voluissent
vt longius animo prospiceremus. Ceterum

quid attinet aut veterum malorum recorda-
tione, quorum oblitio saluberrima creditur,
tam alium dolorem exasperare? aut nouis co-
sternari augurijs, quorum fides incerta est?
ut pote quæ atemoritate profecta irritis esse
estis plerumq; vates ipsos deludant. Quod si
quid aduersi nostris ceruicibus impendet, sa-
uis est tunc miserum esse, quum inuaserit: nō
etiā lōge anteq; vlla suspiratio appareat metu,
veluti mulierculæ, cōcuti, ac (vti aiunt) de gra-
du deīci: Presertim quū satis cōsporis & lo-
ci cōpulsus sim, vt neq; futura vigore mētis
prēcaueri, neq; casus liqbus perstrigī neces-
se fuerit repellī viribus aut magnitudine ani-
mi queant. Adde q; precibus & squallori nul-
lus pateat locus. Qui lachrimis flecii pos-
sunt adamantina pectora, siquidem ad infes-
tos ne fama quidē (vt audiuiimus vulgo cir-
cumferri) misericordiæ nomen perduxerit?
Quo si forie descenderet, ante solio suo de-
cäderet Plato, q; reciparetur, adeo regnū hoc
nihil mite, nihil benignum amplectitur, sed
vsquequaq; se uitiae Tyrannidis in morem
indulget. Iam hæc vallis vndiq; rapidissimis
fluminibus & vasta palude circumsepta: nul-
lae naues præter huius senecionis rimosam
phasellum haud reuehendis umbris destina-

eam. Excubat in ostio latrator Cerberus terribilis aspercius, nec minus diligens & truculens eius ianitor, adeo ut ne Mercurij quidem sospitifera virga falleretur, verisimile est. Ditis quoque prouidentia passim dispositos esse custodes, qui seditiones atque tumultus, si qui subito exorirentur, compescerent atque comprimerent. Quinetiam demandatum aliquot fidioribus (quibus haud scio quid possit esse fidū in tanta Tyrannide) ut insidias, conspirationes omnia denique consilia explorent ac deferrant ad ipsum principem. Sed o vanam meā mentem ac prorsus immutatam: quam indignas cogitationes magnitudine Cæsaris suggestis: dñ faxint ut nihil minus cupiam, quam aut in ambienda dignitate aliqua, deprecandave contumelia, si qua innocēs iniuria perstringar, ante cuiusorū pedes voluntari: aut refugere, si depositar in labores, pericula, tormenta, cruciatus, demum quamlibet honoris & famæ dimicationem. Reminiscere te Cæsarem, qui peruvicaciam inimicorum armis contundere maluisti, quam virtutis rerumque bene gestarum ab inuidis & ingratissimam deprecari: tum subeat nunquam intuum pectus ne minimam quidem formidinem descendisse; sed inuicto semper animo

prosecutum in aduersa: cuius magnitudinem
nulla vsquam vis nec robur Gallorum, nec
ferocitas Germanorum, nec Hispanorum as-
tus, Poenororumque doli, & Alexandrinorum
insidię, non denique furor ciuium Romano-
rum multeque aliae pestes labefactare potue-
runt, nihil sordidum humile caducum, sed
vnumquodque magnificentem excelsum im-
mortalitate dignum consilijs mentis agitasti:
nihil aggressus es quod feliciter non expu-
gnaris, perruptis omnibus terrae marisque dif-
ficultatibus, impetus subuertisti, vires perfre-
gisti, consilia dissipasti: in summa nihil huma-
num potuit obsistere tuis conatus. Cæterū
ne quisquam videatur integrum felicitatem
assecurus, a malevolis, quise configere corni-
cum oculos crederunt, saltem illud vitio dabili-
tur, quod licet iam confectis bellis ciuilibus,
in maximo tamen odio ciuitatis videar ne-
gligenius vixisse. Et prosecutio iam ciuitatis &
gloria rerum gestarum satietate cęperam in-
uadis: subueretur etiam inconstantiam huma-
norum casuum, ne videlicet fortuna mutato-
cursu meas res secundas aliqua labe resper-
geret. Quippe non tam laudantur quæ forti-
ter ac prospere gesta sunt, quam vituperantur
ea quæ in aduersum rapit mutatio temporū,

Et vel minima offensiūcula clarissimū quod
que nomen obscuretur. Hæc animo quin
penitus insedissent, atque huiusmodi curis in
uolutum impia atque nefaria manus inualit:
non illa hostium externorum aut sicciorum
manus, sed amicorum, sed familiarium, sed
domesticorum conspiratio detestabili exem-
pto fuit: cuiusmodi in idias nō Artaxerxes,
non Mithridates, non Ptolomeus Euerge-
tes, nō mortalium quisquam ne deorum qui
dem (si fabulis credere par est) vitare potuit,
tamen supersunt hæredes tantæ iniuriæ, qui
nihilominus crudelitatis atque perfidię repo-
scunt ab inimicis pœnas. Atqui trucidarunt
annis grauem, famaclarum, gentibus adni-
rabilem vnicō tantum dispēndio, ac nescio
quidem an maxima iacturā nostræ futuræ
dignitatis, quod vel immature nomen regiū
quod iam pridem animo concupieram, non
arripiuerim. O spes fallaces, o inanes meas co-
gitationes, o pestilentem L. Cottæ moram:
nunc mediis inter Cyrum & Alexandrum
sederē, pulcherrimo inferis, vel ipsi Diti spe-
ctaculo: nam vel præliorum quibus interfui,
vel bellicosarum gētiū quas superauī, vel
prouinciarum, quæ mea virtute in Romano
rum potestatem venerunt, vel tandem nūerus

occisorum referatur, non dubito quin longe Cyro antecellam, Alexandro saltem par futurus sim. Eximiam Cyri laudem & eam plane solam in monumentis ipsius legeramus, quod regnum abstulisset a Medis. Alexandrum autem non inferior res gessisse memorabiles, sed tantæ non fuerunt quatas græcia prædicat: Peculiare ferme quibusdā antiquorū video suisse, aliena eleuare, sua vero in cœlū tollere. Cæterum quoniam iniqüitas & perfidia improborum & inuidorum hominum ab hoc fastigio deiecit, in proxima regibus tribunalia recipiar. SyL. Pompei vides hunc qui citato cursu properat, Cesarem in vultu expressit. POMP. Eum ipsum color ac linimenta referunt, sed nōdum plane satis queo dignoscere tam lacero est & cruento corpore. SyL. Si Cesari est nouo te certamini accinges oportet. Pom. Ipse tandem profecto est: non admodum sero penas suorum scelerum dedit: nescio quam Monarchiam mente conceperat immensa honorum ambitione & insatiabili cupiditate gloriæ quibusdam veluti furijs agitatus, ut erepta ciuium libertate, perfligatis iudicijs, prostrata ac euersa incolmestate reipublice, nullo denique amicorum aut inimicorum discrimine habito sanctissimam

atque pulcherrimam rem publicam in crude
lissimam Tyrannidem conuerteret: ea que so
lus per sumimum nefas potiretur: quo videli
cet summo loco conspicuus absque arbitris
magistratus distribueret, prouincias ordina
ret, conscriberet exercitus, inferret bella, stu
bris & adulterij impune abuteretur, ac ea fa
ceret omnia, quæ collibusserent. Hic omnes su
as cogitationes collocauerat, hanc solam exis
timabat felicitatem, perinde quasi huius mo
dus status (ut aliq res humanæ instabiles ac per
breues sunt) non dicam immortalis, sed futu
rus esset diutinus: præsertim quum nullo
iure, nullis legibus, nulla pia causa per fortu
nas, sanguinem, vulnera, cædes multorum
istuc peruenisset. Siquidem odia grauiora tā
etsi recentibus in malis plerumque metu se
cohibent avindicta: mox tamen tanquam ex
abdito prorumpit, ac in auctorem malorum
repente grassantur. CæS. Deum immortale,
quid ego video, ingens profecto monstrum
si verá visio est: atque utinam somniarem &
hoc spectaculum euanidum redderetur. Sed
corneis nimirum non eburneis oculis aspi
cio: quod me non solum delectatione non af
ficit, sed pene dolore examinat, omnes aduer
sari priui atque illustres regum ad latus in

orchestra confederunt: agnosco Syllam, Pō-
peium eiusque liberos, Catonem, Scipionem
Petreium, Domitium, Afranium, Faustum,
L. Cæsarem, & alios permultos, qui mecum
de imperio & vita dimicarunt. Rursus in sub-
sellis (quæ res mea in dolorem exulcerat) C.
Marium cum C. filio, Carbonem, Lepidum,
Cinnam, Sertorium, Curionem, Antonium,
Dollobellam, & reliquos nostræ factionis in
obscuro abiectos latere. In varias mehercu-
les sentierias anceps distrahor: nec satis liquet
damnem an rideam decreti huius auctorem,
si modo quicquam huiusmodi vel princeps
vel iudices voluerint statuere, utробique vi-
ctores & victi, utraque pars Imperatores &
Legati, illorumque pariter atque horum res
præclaræ memorantur. Illi tamē fastigio eue-
cti, hi humili depressi sunt: illis sublimis locus,
his contigit abiectus. Porro mihi deberi su-
premam sedem vel inimici fatebuntur: quis
enim temere se vel nostræ magnitudini, vel
gloriæ equauerit: victus in acie nūquam, vi-
ctor semper euasi: splendidissimos triūphos
egi, pulcherrima erexit Trophæa, ad extremū
vitæ perpetuum dictatorem & monarcham
Senatus populusque romanus græci & barba-
gi venerati sunt, ac yeluti numē aliquod ado-

garunt: & mox defunctū referēt inter diuos
aris, apud quas votis se obligēt meo nomini
cōstructis. Cur igit̄ moror, & primū (si repu-
gnarit) sella nō detrahā & deturbē? SyL. Ut
voluit oculos accēsos, ut indignabūdus secū
meditatur truci nos subinde vultu inspectās
perinde quasi minitetur: bellū tibi paratū cer-
no, nec enī poterit vñquā vel odiū eius in te
vel ambitio conquietcere. POM. Vide poi-
gius Sylla necū cōfēdat, siue cū Bruto, quo-
rum dignitas illustriore loco sita est, necū olin
armis decertauit q̄ reliquos oēs ea tēpestat
virtute honoribus auctoritate supauerā nū
quocq; certus sū, qua mētis est vecordia, m̄
xime illustria iuasurū. En recta p̄ficiſcī ad
Sylla, sed nō reor magnopere timēdū, qñ n̄
los secū veterans adduxerit. CÆ. Sylla ci-
cessat: quin descendis actuū nō didicisti:
istis sectatoribus tuis iuictā Cesaris magni-
dinē, cuius ḡra ei locus iste destiatus est? I
Brutū minime videt equū suo loco moue
nō mehercule q̄ nescio cuius libertatis af-
tor & videx fuīſe nūcupeſ in admodū tei-
ciuitate velut iſcunabulis nři āplissimi īpe
sed cū obsolā atigatatis mēoriā & admiratio
tū maxie q̄ iplo Bruto cōſularis īpīj auc-
hī honor ad nostāg p̄ man' tradit' puen-

quo nostra virtus non excitata solum: verū
adaucta quoque ac celebris per totum orbē
diffusa est. SyL. At quidem nec Pompeius,
nec Scipio, nec Domitius & reliqui quos in
sublimi vides conspici, licet olim tibi vi coas-
tis succubuerit, nūctn nequam loco de-
cedent. C. & S. Dū integrum est non obductas
mini pertinaciter meis optatis, alioqui more
meo ius viribus querā. SyL. Neq; tuis hono-
ribus inuidemus, neque magnitudine terre-
mur: quin potius haud parum miramur te ac-
cepta tanta clade, quam hoc tuum lacinatū
vulneribus corpus indicat, quū tantū deniq;
virtum & sanguinis amiseris, nondum resis-
puisse, atque ex longa tanquam peregrina-
tione non remigrasse domum. At qui opor-
tet alios posthac mores induas: nā hic & alio-
sure viuitur, & alijs legibus coercentur. For-
tuna res humanas pro libidine versat ac mis-
scet: huic eripit, dat alteri: amicior his quos in-
uocata non respexit, quam quos obsequen-
tissime ditauit: multos euehit altius, vt per lu-
dibrium ruina maiore humo illidat, minime
per louem cęca vel bruta vt temere a quibus
dam cęcis & prorsus inexpertis taxatur, alio-
quin esse oculatissimam & perspicacissimā
satis constat, quod mortalitate nuper deposis-

ea quam pluriinis exemplis edocim sumus.
Etenim mortales quum momentaneam vi-
tam in terris agant, omnes suas spes & cogi-
tationes in opes & honores conniciunt: qui
bus adeo inflantur adeo intumescunt, ut obli-
ti suę fragilitatis oblitii mobilitatis rerum hu-
manarum se per beatos credant: ac huiusmo-
di felicitatem, quae inanis sane ac per breuis
est, & thernam fore arbitrantes, spretis sapien-
tum monitis, neque suas calamitates ex subi-
tis rerum mutationibus prospicientes deo-
rum se immortalium æquasse potentiam in
animum induant. Itaque fortuna facto ani-
morum experimento quum videt homines
prosperis rebus in sole scere, quasi postico claus-
colum delapsa ludificat spes inanes, dissipat
vanas cogitationes: hanc euanidam felicita-
tem conterit ac euertit. CÆSAR. Obstreps
isto sermone Sylla: nec enim modo vacat sen-
tentiosam orationem audire. SyL. Adhuc ap-
paret Cæsar illecebra dominationis irretitus
vastam ante cœctientes oculos nebulam quā
dam habere: sed si velamen istud a fronte des-
traxeris, tum intenderis mentis aciem, liqui-
do deprehendes dominationem, quam tan-
topere affectaueras, somnium quoddam ex-
titisse. Ad hoc quoq[ue] consideres quo necessis

tatis adactus sis : circumspice ac perpende
singula : omnia quocumque te verteris, tri-
stia occurunt, perpetua nox, immensa va-
stitas, horrenda situ ac neglecta humiditas
te facies, ubique gemitus, luctus, ciulatus,
poenarumque ac tortorum mille species, at-
que his intermixtae furiae noxios usquequa-
que terrent alios, alios dilacerant. Quum
accusaris, vnde conuolant qui tua cele-
ra proloquantur ac denudent: lapides & um-
bræ prodeunt in reum testimonium dicturæ,
ipsa vero conscientia princeps accusationis
omnem turpitudinem sigillatim vel ipsas
cogitationes impudicas iudicibus explicat:
nisi quam autem praesidium cernitur: nemo
subscriber adest periclitanti: nemo patro-
cinium exhibet reo: nemo implorantis opem
misericordia præter benefacta: hæc fortissime
capitis periculum propugnant nec unquam
a defensione desistunt, nisi quum vis ad
uersariorum & numerus præualuerint. Pro-
inde honores, imperia, triumphos hinc iam
obliuiscere. CÆSAR. Quid malum philo-
sophaster magistrum te mihi præbes & gra-
uem sane, non secus ac si esses aliquis An-
tisthenes aut Diogenes aut Crates aut Me-
nippus. SYLLA. Operepræcium arbitras

bor fecisse, si te nunc maxime repueras cens-
tem ab errore sanis admonitionibus reuo-
cavero. CÆSAR. Cur discipulos tuos hu-
iusmodi preceptis non instruebas quum eos
ad cœdē sanguinē honorū proscriptiōnē hor-
tabare? POM. Discretiō ista Cæsarī petu-
lātia, quisib[us] persuaserit, se pium facinus egis-
se quum ad inuadendam Tyrānidem in vi-
scera reipublice arma inferret; nos vero nefa-
rios atque sacrilegos affirmat, qui restitimus
sceleri, q[uod] repellere iniuria conati sumus, quo
rum periculo nūl aliud tentatum est, nisi vt ci-
uib[us] libertas ocium & sua commoda serua-
rentur integra. SYL. Ego semper volui bo-
nos ciues saluos esse vna cum incolim republica,
atque omnes labores & pericula miseri
subeunda esse duxi quoad id perficerē, ac vt
opinor iam perfecti. Eos vero, quos aut am-
bitio ad seditionem, aut cupiditas ad rapinā,
aut ad cœdē odiū stimularat; ad hoc oēs reipu-
blicę hostes, euersores libertatis, oppugnatō
res patrię labē ac pestē ciuitatis impios, t[ra]ce-
stos nefarios, p[ro]fligatissimos ciues ferro ac fla-
ma p[ro]sequitus sum, extrusi exterminaui bo-
nis & patria interdixi, quo ipsi h[ab]dem digna-
suis facinorisbus supplicia perferrent, & relis-

qui ab huiusmodi spe nefaria pestiferisq; co-
natibus deterrei ètur, denique vt liceret in ea
republica, quam nostri maiores suo sanguis
ne fundarunt, virtute auxerunt, cōcordia sta-
biliuerunt, aris focis dijs penatibus liberis cō-
iugibus bonis industria paratis secure frui
peremptis Sicariorum cateruis aut expulsis:
qui subinde oculis obuersantes, dies anxious,
inquietas noctes, iniucundam quoque vitā
efficiebant, lgitur criminabere quod proflis-
gatis perditissimis hominibus patriaq; mea
virtute conseruata, iudicia quæ iacebant ere-
cta sint, legibus quæ silebant auctoritas data,
postremo sua cuique dignitas & decor ciuita-
tiredditus sit ac restitutus? C&S. Nimirū vt
ingentes sub hoc p̄textu parares diuitias,
& miseria multorum fieres magnus & formi-
dabilis. SyL. Nihil minus per louem, siquidē
patrimonium a patre tam amplū accœpi re-
licitum, vt vel ad tutelam amicorum satis fue-
rit: qua propter dixeris imprudēter me rebus
nouis ob inopiam studuisse. C&S. Id refert
perpendas nō quantū tibi redierit ex posses-
siōibus paternis, sed quam multa appetieris:
quo pacto licet & gargara cōderentur in tuis
horreis, & fluenta Lydię possideres, tamē vt
quispiam Irus egēissimus iudicareris. SyL.

Tua Cæsar

Tua Cæsar interest hæc animo reuoluere q
ad inusitata, incredibiliaque aspirabas: mihi
quidem satis superque ad bene beateque vi-
tendum illa successione paratum esse vide-
batur. Quinetiam alia longe maior & melior
a maioribus obuenierat hæreditas, videlicet
gloria virtutis rerumque gestarū, ut quoties
intuererit ipsorum imagines, intuebar autem
quam sepiissime, toties in memoriam reuoca-
retur invictus eorum animus, ac reipublicæ
amantissimus, communiumque honorū nō
autem utilitatis propriæ studiosissimus: quo
rum alij bene dicendo, multi sapienter consu-
lendo, plerique bellicis artibus urbem nostrā
domicilium Imperij orbis terrarū effecerunt.
Pulchritudinē igitur ipse ratus maiorum vestigia
sequi, præsertim quum recto itinere præce-
sisserent (alioquin imitari notatos infamia, siue
turpitudinis aliqua labe infectos execrabile
flagitium existimat) eos mihi maiores exē-
plar vītę meā proposuimus. Haud ignoras
bam quam constans ipsorum laus, quam fre-
quēs ī sermone hominum memoria versas
retur: ac dum stabunt monumēta litterarum
versabuntur: nam cui nō dulce est meminisse
se Scipiōes, publios, Cineos, Africanos, Asia-
ticos, Nasicas, aliosque terrores hostiū ac rei-

publicę pugnacula, qui de vna domo Cor
neliorum, tanquam de equo troiano prodic
untur? Ruris nemo est adeo corruptus inge
nio, qui a Scinio SP. Melio, Petulijs, Gracchis
Saturnino Druso mentem auertat, ac huius
modi turbulentos homines, seditionum fas
ces, sentinam flagitorum perpetuo oderit:
quos satius fuisset abolere de memoria hos
minum, nisi quum citantur, in dedecus voca
rentur, CÆS. Vidisses profecto senatorios
magistratus non obnūciantibus tribunis plē^{bis} impunitate, pposita surere in eos, in quos
libido susiſſet. SyL. Vtrumque comprobae
cum Radamanthus confirmauit: non vides
vt inter se diuersi longeque dispares sint: il
los virtus extulit ad laudem: hos ad ignomi
niā depresso improbitas: illi fructum bene
acte vitæ capiūt: his ob iniuitatem suplicia
non defunt, vnde non immerito crebris mei
sapientissimi patris admicationibus institue
bar, vt fortunis bonum nomen anteponere,
ac potius virtutem ipsam laurirem, quam ea
ius imaginem sectarer. Ad quod me toto ani
mo incumbentem philosophie studium im
pulit. Et quum due viæ se aperuissent, altera
quietem, labores altera ostentans. Porro vitâ
ociosam in qua reliquum ætatis cursum pro

cula ciuilibus negotijs atque perturbationibus urbanis legendo scribendoque licebat, honestissime sanctissimeque transfigere, post habuimus: non hercle quod ignauie reprehensionem metueremus, neque quod illud viue di genus contemneremus ob humilitatem, alioqui saluberrimum esse animo pariter atque corpori liquet: non inflatur superbia, non pallit inuidia: odio non incendit, nullis iactatur fluctibus; nullas pelago ventorumque miseras extiniescit: atque (quod omnium pulcherrimum existimo) non pendet a libidine fortunae, sed omnes rationes quum in se ipso collocarit, jucundissimo fescio consolatur. verum enim uero cogitanti mihi ac diligenter animo prospicienti in quas calamitates & pericula inuidia nouorum & improborum hominum casura esset nostra res publica, visum est absque cunctatione vires, ingenium, sanguinem, vitam etiam (si res postularet) ei possimum reipublice impendere, que quum genuerit, educarit, litteris, ac bonis moribus ornarit, ad hanc maiorum imaginibus satis redididerit opulentum, hoc idem merito & suo iure a mereposcere potuisset. Hance ego vitam non laudabilem tantum, sed Heroicam plane divinamque semper putau; quid enim diuis

nius inter mortales , quam proprio periculo
cedem a ceruicibus ciuium repellere, vrbem
deorumque templa a conflagratione. Italiam
actorum orbem a vastitate conseruare. Hæc
profecto(repetam enim) haud vnius homi-
nis, sed potentiae deorum similia sunt. Huius
scemodi opes ego semper (vt fatear) affectas-
ui, ac si denuo quod a me dep̄cor, reuiuiscendi
facultas hærbis Aesculapij daretur. Sola me
plane cōmoda ciuitatis & ornamēta sibi vēdi
carent. CÆS. Non aliter tu Sylla verbis cupi-
ditates tuas p̄texis ac multi Gr̄ecorum phi-
losophi barba & baculo velabant, nam quors-
um cādidatus abiebas tribus , singulos pre-
hensabas, discurrebas vt amens in Čapo mar-
tio comitijs conturiatis alliendo largitione
suffragia: SyL. Nimirum es C̄esar in cōtume
liam procax; at hercle in primis illud incredis-
ibili me delectatione afficit, quod nulla fueri
cupididitate stimulatus ad munia bellorum
acrei publicę obeunda. Sed quum de summa
rerum ageretur, soli tunc mihi non ambienti
ne optanti quidem causa mea, fuerant hono-
res vniuersi decreto senatus vltro delati, nū
quam tamen assensivt fēciales ad aliquos po-
pulos mitterētur, nisi iustissimis de causis, nū
demum florentem fore rempublicā arbitras-

etus, quum non faceret iniuriam, sed propulsaret: nec a se ipsa modo ruinam, sed a socijs, amicis, confederatis amoliretur. Quod maiores nostri quum facere consueuerint prosperos successus habuerunt: magis enim bono iure, quam virtute militari victores evaserunt. Recense omnia bella quæ gesserunt ab expulis regibus, repete si vis ab ipso Romulovrbis conditore, vnū excipi volo peregrinū, qui æque in suos atque in hostes fraudat atq; crudelitate grassatus est: reperies nihil ab illis audie nihil iniuste fuisse factum: quamobrem vel ipsis hostibus venerandi nomen romanum erat. Nunc autem paucorum temeritate atque quaritia totus senatus populusque Romanus in inuidiam arcet situr Quid vlturus M. Crassus mouerat expeditonem in Parthos? Aut quibus tu causis Cæsar commotus es disiunctos ab orbe terrarum Britannos nihil tale commeritos bellc sollicitare: quæ necessitas vrgebat germanis galliam ponte coniungere, & in siluis quereri gentes ut vincerentur: videlicet ut titulis atque triumphis gratia nouitatis accederet: n vulgus mirū immodum rebus nouis capituijsque applaudit, & in auctores beniuolentiā ducitur: qui dum taxat victorias numeri

causas bellorum non ponderat. C. & S. Haud
contemnenda (ni fallor) documenta nostræ
virtutis in gallia reliquimus: neque me pœ-
nituisse rerum a me gestarum etiam si nunc
quā Germanos & Britanos adiisse: vnde
in p̄fīcē titulos nō mihi quesiui. Sed alias quo-
que oportunum erit meum animum ad cal-
culos reuocare, atque in cōiecturam ducere.
Quoniam videris te libero patri aut herculi
facere parem, peruelim Sylla mihi explices
primo, si minus tangebare diuitijs (vt ipse ias-
tas) quid bello ciuii proscribebas: quid ra-
piebas bona ciuium: parū fuit sanguine crus-
deilitatem exsaturasse, nisi etiam in bona inua-
sissimis: an quo delicatius philosophareris ne-
cessit erat amplissimis ædificijs dedales vil-
ias extruere ac sumptuosam cōparare supel-
leculam. Nam illę certe decumæ ex vniuers-
sis fortunis Herculi consecratæ, lautaque po-
pulo Romano conuiua facta videbatur am-
pliores opes & fortunatiorem vitam aucupa-
ri. Syl. Quum hostium furor, quasitempe-
stas, omnia protereret, pecuniae fuerant vn/
decunque coaceruādæ: sine quibus (vt te nō
later) nihil potest expugnari, sunt enim iſtru-
menta rerum agendarum & nerui belli. Cet

terum exhausto ærario, amicorum pecunia
v si sumus: nemo autē nisi quem senatus ho-
ste in patriæ iudicauerat, proscriptus fuit: ne-
mo facultates amisit, nisi parricide, qui rem
publicam armis lacerauerant: & quum esse cē-
suimus eos nihil habere in eavrbē, cui machi-
nabantur exitium, sed omnia quę publicę li-
bertatis inimici possedissent, Patriæ defenso-
ribus in prœmīum laborum & periculorum
elargiremur. Quātūm autem ad me attinet
paruo contentus fuissēm necessarijs dumta-
xat suppetentib⁹ ad vsumvitæ: quod abun-
dē significauit decimas Herculi dicando: quē
idcirco luxurię coercendę atque comprimē-
dę delectari tradunt, quod ipse contēptis suis
perfluis opibus frugaliter continēterque vi-
xerit. Sed nostram innatam frugalitatem exi-
gebat imperij dignitas & amplitudo populi
Romani vt post haberemus, quod si fuissēm
minus splēdidus imperator existimatus, nō
defuisseint qui in ecalumnijs vniuersum ve-
ro senatum probris dilacerassent, quod im-
perium contulissent in hominem abiectum:
& qui nesciret se gerere principem ciuitatis:
ex quo cæteris gentibus cōtemptui facile ha-
beremur, CÆS. Opinionem cupiditatis tuę

ta si diluisti: inuidie vero glorię atque ambis-
tionis vehemens suspicio restat. Quispe si
dulcedine laudis non titillabare, cur tanto co-
natū resistebas C. Mario, ne tua statuavna cū
monumētis Bocchi regis tolleretur? Preter-
ea ut cum eodem, C. Mario iam minime ver-
bis contenderes verum etiam armis decer-
tares, profectio non concitabat amor reipubli-
ce conseruandæ, in qua nulla dum nubecula
tempestatis apparuerat: sed cum ingens am-
bitio, cum veteris odium & inuidia honorum
Marij, quod sine negas quicquam istarum rerū
tuum pectus inflammasset, planū facias opor-
tet, cur ægre ferebas bello Nihilridatico tibi
provinciā eripi Sulpitia rogationes: non dole-
bas tacito populi iudicio Marium anteferri,
quod aptior videtur, qui potētissimi regis
impetum reprimeret, bellumque periculosis
simū conficeret: siquidem recenti memoria
Iugurtham catenatum ante currum ægerat:
Cimbros & Theutones terribili marte vul-
tes cæciderat ad itermissionem, atque posthac
spes omnes ciuitatis in Mario fuerunt sitæ, ut
certius vrbis cōditor appellaretur, SyL. Tua
mihi Cesar imponit necessitatē interrogatio,
ut inuitus in hanc dissertationem descendā:
qua Marium vehementer affectū irsat scio,

siquidē recordatione dolor recrudescit ac ves-
teris erroris noua penitentia cruciatus augē-
tur. Hic nulla sunt malorū solatia prēter obli-
uionem, quæ hauritur ex Lētheo flumie; nō
absunt autē crudelissimi Plutonis ministri: q
ut torqueāt, in memorīa peccata subinde re-
uocent. Itaque C. Mari paulum hinc faciem
auertas donec Cæfaris quæstioni satisfacio,
ne meo sermone Iesus quippiam de me gra-
uius existimes, quando magis tuam infœlici-
tatem solari, quam exasperare velim; nā odia
omnia contētionesque, quas tecum pro rei/
publicæ dignitate suscepseram, diremit mors
oblitterauitq. E quidem Cæsar C. Mariū sem-
per credidi fortissimum imperatorem & bel-
licis artibus insignem, sed moribus & literis
admodū rudem, utpote qui humili natus lo-
co pœne a pueritia castra securus erat, im-
peritus ciuitatis & in orum urbanoruī melius
hostem ferire, quam rem publicā administra-
re nouerat: magisq; corporis affectibus obes-
dire, quam prudentia veraque fortitudine li-
bidinem animi cohibere consueuerat. Idcir-
co plerumque impos sui ferebatur veluti na-
uis tempestate cum reuulso gubernaculo ia-
statur quo fluctus impulerint; hic pernicies
multorū, hinc republicæ naufragia exordiū

habuerunt. Quamquam hæc mortalium
natura est ut saepe vanis interdū etiam pe-
stiferis cogitationibus inuadantur : eas ta-
men rectrix ratio, quæ fuerit bonis discipli-
nis confirmata protinus tanquam ab arce
deturbat nihil admittens in contubernium
præter honestatem. Quorum autem ani-
mus nullis institutis philosophiq; munitus
est, contingit ut ad omnes casus anticipes
tandem quod præua cupiditas suaserit am-
plectantur, non quidem rationi, sed inuidie
dedecori turpitudini ac reliquis flagitiis ob-
temperantes. Cuiusmodi hominibus si quā-
do fauor populi mutationis ac rerum noua-
rum cupidissimi summū honorem mandas-
set maximos videbam in republica fluctus
excitatum iri. Quod ut diuinarem cum ple-
raque fuerunt in causa, cum vero Terentius
Varro , cuius temeritas Canensi pugna-
nostram urbem tam graui clade afflixit, vt
si hostis matura uislet exercitum ad mouere
ciuitati, euersum fuisset imperium Roma-
num. Quare quod ad illam primam discor-
diarum facem restinguendam cum C. Ma-
rio incredibili concitato superbia, ac inusita-
tis flagrante cupiditatibus, adhoc spe no-
uandarum rerum mirabiliter inflamato, fu-

rente inq audacia , patrięq p̄istem nefarie
moliente concurrī; non modo meū honorē
tutatus sum. Verum etiam suscepta causa no
bilitatis & saluti honorū prospexi , & vires
impotentię vel potius furoris p̄ecidi. Nū
putas Cæsar idq tecū altius expende, satius
fuisse metunc prebere C. Mario homini no
uo scelus impium anhelanti spectatorē qui
audacior q̄ melior exitiabili cōmotus odio
in nobilitatem , quā apud populū varie cri
mīnādo (vt Syracusis Dionysius Daphneū
& diuites accusans tyrānidem obtinuerat)
minime vero suis meritis cōsulatū adeptus
est. CæS. Sylla plus nimio cōmoueris. SyL.
Ne transuersum quidē vnguē a seinita veri
tatis discedo, puta ex dictum Tripode.

CæS. Saltē astringas orationem qua poene
obruor, neq̄ poscit hoc tps illo sermone tes
ramus ocii. SyL. Immo necesse est patiēter
audias: nam & nefarios aios aduersariorū,
& me culpe ois exptū cognosces. CæS. Dū
tamē oratiōi lasciuiosi modū adhibeas. Syl.
Ergo Marius quo etiā fauorē plebis sibi cō
ciliaret se publicū optimatiū inimicū profes
sus est: siquidē alia via nō dabatur aditus ad
honores, videlicet vt odiū, quod secū ipse
e domo attulerat, noua causa geminaretur.

compertum habuerūt homo callidus ac ves-
terator illius ordinis animos fuisse patribus
semper infestos : quod multis secessionibus
& tribunorum plebis intercessiōibus demō/
stratum est ; adeo ut ijs plarumque tribunis,
qui senatum grauius exagitassent, magistra-
tus in odium nobilitatis prorogaretur. Sem-
per hi duo ordines in vrbe roma cunctis etiā
in locis inter se dissenserūt, nec vñquam hu-
iūsmodi simultas vel tacitis mētibus extirpa-
bitur. Quippe quum vulgus æquare se nos-
bilitati vel ignauia vel natura vel legibus ne-
queat, odio in ipsam incēditur, dehinc mores
& oēm vitam probris atq; criminibus inces-
sit atque proscīdit: pro grauitate superbiam,
pro moderatione timiditatem, auaritiam pro
frugalitate iniqua interprætatione appellat
Marius quum istuc spes omnes suorum ho-
norum vel potius Tyrannidis coniecisset, pe-
stilentii rabie primum ad meam statuā & Boc-
chi regis amicissimi populo romano summa
erga me inuidia , ingratitudine vero in tantū
regem inaudita penitus euertendam se accin-
xit . Q uod ei flagitium si ex animi sententia
successisset, extemplo maiorum monumētis
exitium gladiatoria ferocitate intendisset.
Quid tunc animi, quid sensus fuisset nobis

miseris quum statuae frangerentur, imagines
delerentur, disiectae rentur arcus, trophya rues-
rent, tot regum atque gentium spolia diripes-
tentur, titulis etiam triumphorum e templis
atque porticibus derasis ne qua vestigia an-
tiquitatis immo virtutis & glorie posteris re-
linquerentur: quas res ubi a sensu oculorum
submouisset, quo nobilitatis nomen prorsus
oblitteraretur, Annales romanos igne cōcre-
mauisset: videlicet ne memoria tantorum prin-
cipum in eavre extaret, pro cuius incolumi-
tate se toties hostibus deuouerint, quam pul-
cherrimis triumphis exornarint, quam gen-
tium fecerint imperatrice, quum apud grę-
cos & barbaras nationes rara virtute rebus q̄
clarissimis vigerent, haberetur admirationi,
ac in exemplum bonarum artium atque fe-
licitatis identidem citarentur. Credis Cæsar
quod tuis luljs aut Martijs, ad quos tuam re-
fers originem, quoniam ab ipsis turpiter des-
sciueras, pepercisset: Erras quidem si tibi per
suasisti hominem suribūdum fuisse delectū
aliquem habiturum. Ad hæc in nobilitatem
odio maiore fuerat inflammatus, quam non
dicam te, sed quemquam alium diligere po-
tuisset. Is demum crudelissimus tyrānus est
cui facinora, non virtutes aditum ad Tyrana

nidē strauere: præterea si sit insolens imperij
modicisque parentibus, quo dignus princi-
patu videatur, omnia sursum deorsum miscet
in vitam & fortunas ciuium debacchatur, in
summa timeri mauult quā amari. CÆS. Nū
quam talia mihi venerant in mētem: nec pos-
sum adduci ut credam tantum facinus a Ma-
tio cogitatum fuisse. SyL. Non videris Cæ-
sar satis cognoscere naturas hominum, præci-
pue quum ingenium Marij vafrū ferox ma-
lignum ingratum ac plane rusticum, & ad do-
minationem semper erectum non perspexe-
ris: nam ea quæ hactenus recensui porro le-
uia dixeris, prǣq̄s quæ referenda sunt. CÆS.
Illam iacturam ex dilectis monumentis ma-
iorum & memoria generis obliterata intole-
tabilem nedum grauem accipissimus: præ-
staret meo iudicio vita carere, quam per sum-
mam iniuriam in ordinem plebeium coactos
amisis ornamenti familię infelicem spiritū
trahere. Sed quæ sunt ea, quæ grauiora dixi-
sti? SyL. Vbi generosus iste ex balneo de tā-
ta calamitate publica triumphasset. Gygātū
percitus amentia in contumeliam reliquæ no-
bilitatis erexit et statuas flagitiis orum homi-
num; qui aut legibus agrarijs, aut legum ab-

rogationibus, aut quibusuis calumnijs rem publicam concuerant: vel hoc vnum facinus sufficeret ad inflammamendam plebem in miseras reliquias optimatum, quum illi per nostrum dedecus illustres habercatur. Tum videres invrbem ex municipio Arpinate migrare greges cognatorum & affinium principis sine domo, sine tribu, sine no^e: hi post ingentem ciuium stragem & miserabile diluvium facultatum vrbana^rum nostris fortunis locupletati protinus in senatum ad iudicandas regū causas introducerensur, q^{uod} nihil invita nouissent p^{re}ter subulas crepidas malleos ligones & id genus alia instrumenta. O preclarum tum demum rem publicā Romanā, o fœlix imperium orbis quum nactum fuisset cōsules pretores censores aediles, reliquos que magistratus ex sutoribus fabris ergastulis, aliaque multo magis hominū sordida fere, quos inter mesonautas, atque mediastinos nemo sanq^{ue} mentis recipiendos putaret. Quis nisi impius sui suorumque hostis hoc monstrum posset oculis aspicere? quis domū suam non relinquendam arbitraretur in tam funesta & conspurcata republica? quis Scytharum plausta, mapalia Numidarum

Æthiopumque criptas lari patrio non anteferret: profecto non expectaremur donec spon te profugi solum verteremus: nec diuersis tē poribus eijsceremur singuli, sed eodem mo mento vniuersi, vt Arpinatibus libera vrbs remaneret, vel potius in arpinate municipiū Romę nomen migraret. Hæc ipse nefaria cō silia paucorum auxilio mea tamen imprimis virtute fregi, oppresſi, extinxi. Cæsar. Sylla quam proxime accedis ad eos qui cribro va ticingantur. SyL. Non sunt hæ vanę cōiectu rę Cæsar, neque sine veteribus exemplis: te quoque in græcorum libris quum Rhodū ad Molonem nauigalles, leſtitasse puto, plæ rumque nobilitatem vel inuidia vel auaritia plebis ciuitatibus eieclam, fere obseruatum est, eos maxim equi suscepérunt inquilinos aduenas, grauiter seditiōibus iactariue Sys baritę receptis Achęis atq; Trezenijs, Thus rijs quoque iſdē Sybarinis: sic Actis Seos, Zā cleos, Bysantios, Apolloniaos, Syracuseos, Amphipolitas hospites aduenae seditiōibus vexarunt, alios etiam patria domo eiecerūt. Nup vero a nostris militibus Messanę faci nus fecutis optimates oppido Rhegio nō tam vltionis expertes fuerunt expulsi: fru stra creditur salus leuitati vulgi etiam in tran

quillo, qui Euripo inconstantior est. CÆS;
Necdū excidit mihi suspicio te restiisse Ma-
rianis conatibus tua ipsius causa; haec opinio
nisi me ratione liberaueris, æternā futura ē.
SyL. Quemadmodum gloriam non appete-
re modesti hominis officium ē arbitror: ita
si suis sponte in præmiū virtutis & laboris ac-
cesserit, negligere superbi est: nec enim aliud
post reipublicę comoda restabat quo vul-
nera iacturamque temporis similetiā ætatis
nostrę consolaremur: quod si passus fuisset
tollī meam statuam, dīj immortales in quam
infamiam fuisset deuolutus? siquidē agno-
scere viderer aliquid meum flagitium: neq;
desideratentur (ingenia enim hominum pa-
ratissimā sunt ad maledicendum) qui pro-
ditionis, alijs rapinarum, alijs aliorum crimi-
num (prout cuiuscq; animus est) insimularēt.
Quod malum vbi vulgi sermonibus incre-
buisset, hāud quaquam innocentia fide intes-
gritate nullis bonis artibus, ne testibus quis-
dem ex Iouis tabulis euelli posset: illę primas
conceptiones animorum tenacissimę sunt, ac
etiam vīta functos insequuntur. Quo pacto
Iucem in tāta ignominia intuerer: quos ego
laqueos, quas līccas, quæ p̄cipitia, quę acos-
tituta non mente revoluerem. Sed omittamus

meum dolorem: hanc dedecoris egregiā hæreditatem liberis ac nepotibus relinquem⁹. His gloriantur minores triumphorum titulis: his posteris ego prælucerem ornamenti⁹ qui lumini maiorum perpetuas tenebras ostendissem: CÆS. Iam non improbo quod famę detrimentum sis sortitus amolitus: quod Hercle ipse quoque tunc faciēdum putarem. Verum id absoluas quibus de causis bellum ciuile suscitaueris pernicioſe rei detestandus auctor, ne amplius ambitionis & inuidiae postuleris. SyL. Ego vero tibi morem geram, efficiamque (ut spero) credas me culpæ nullos tuos affinem fuisse. CÆS. Si minus absurdam nec aliena fuerint a ratione: imprimis a te personæ ne inuolias me Dialecticorū ambagibus, neq; per angulos Chrisippi decurras. SyL. Hec nugamenta iam pridem garrientibus in Exhedra scolaſticis reliquimus: nunc autem non diuersum ab eo sermonem audies, quæ i senatu de republica faciebamus. CÆSAR. Perge igitur. SyL. Quum aliquot in diffidimis bellis praefidio fuisse populo Romano, bellumque sociale grauissimum profligauisse, multisque alijs i rebus nostram rem publicam pro mea virili parte iuuuisse, ut

neque melaborum, nec eam pœniteret opes
rum meorum: insuper honestissime functus
amplissimis honoribus idixeram ocium mi-
hi a publicis muneribus i reliquum tempus
vitæ meæ, nisi reipublicæ necessitas a me præ-
sidium in suis periculis efflagitaret: quippe
nec ipse plura exoptabam, nec amplius quic-
quam optanti præstari poterat. Interim alas
ti sunt Mithridatici belli tumultus: eam pro-
vinciam senatus absenti mihi decreuit: quam
Sulpicius tribunus plæbis rescisso senatuscō
fulto(nescio quidem a malevolis incitatus, an
inuidia nobilitatis) in C. Marium noua roga-
tione transferre conatus est. Cui pesti nisi
me fortiter opposuissim(de me taceo) fuisse
autem senatus auctoritas non debilitata mos-
do, sed radicitus euersa: curia deinceps a ne-
mine bono frequentaretur, quando abolito
iure senatus omnia libidine tribunicia decera-
nerentur; tuas quoque gallias Cæsar, vnde
non mediocrem virtutis famam reportasti,
aliquis tibi Mylorum postremus vel fulla
vel sutor eripuisset. Quid c' inuiderem C.
Mario, quem nunquam mihi parem existi-
mauerim: CæS. Multos gesserat continuos
consulatus, SyLLA, Leuitas populifuit qui

ſepe improbos ſuicꝫ ſimiſimos beneficij pſe
quitur. CÆS. De lugurtha triūphauit. SyL.
Quāquam illud bellum virtute Metelli ma-
gna ex parte confeſciū erat: tamen adhuc triū-
phus ſuccellori fortaffe reſeruatus fuifet, ni
ſiego met lugurthā a Boccho rege impetra-
uiſſem. CÆS. Cimbros Theutonesque cęci-
dit. SyL. Has etiam victorias cum C. Mario
communes mihi duco: ſiquidē legatus in his
prelijs haud paruam operā nauauij. Post hac
victorię Marij conticuerunt, & belli ſplēdor
obſoleuit. At enumera quę ipſe in Italia Sici-
lia Græcia Afſia geffterim, qſemel prælio Ma-
rium vicerim, deinde redditus fama necarim,
ad hęc C. Marium filium, quę paternę furia
agitarant, ad conciſcendam ul̄tro ſibi necem
compulerim, iam facile intelliges quanū illi
viro antecellam. Atque alios cōplures ea tē-
pestate ſapientiſſimos homines & fortiſſimos
imperatores, quibus nunquam caruit, ſena-
tus habebat. Que apud exteris gentes eſſet
existimatio de noſtro ordine, ſi Marius impe-
rator aduersus Mithridatem missus fuifet:
dicerent nos ignauos ibelles ineptos adobe-
undam huiusmodi prouinciam ab Arpinati-
bus ducem impetraffe, vt olim lacedæmonij
contra messenios pugnaturi Tirtheum ab-

Atheniensibus obtinuerūt. Proinde nō fuit
inserendum in nostra republika adeo fēdum
exemplum: neque fuerūt nouis hominibus
aditus aperiēdi, ut se supra suam naturam
attollerent, quibus utilius est parere quā p̄
esse. CÆS. Nescio mediussidius cur tantope
re extollas nobilitatē, quū plēriique reperian
tur, quibus si nomen hoc ademeris, indigni
luce iudicabunt. SyL. Etsi nonnullos contin
git a suis parentibus degenerasse, quie eo ma
iore odio digni sunt, quod spretis legibus ho
nestatis, ad quam virtute maiorum quas ilu
mine inuitabantur, maluerint vitam sordidis
simis vitijs inquinare, tamen si canes equi &
alia animalia optia sunt, quae generosissima:
certe verisimile est idem in hominibus eue
nire, eo quidem magis, quoniam nobiles vi
ti, quibique locorum in p̄recio habentur, &
natura, & institutione & suorum exemplis
(quos rari sunt qui non imitari velint) ad vir
tutem accenduntur. At viliis & indocta mul
titudo nulla maiorum habet vestigia que se/
quatur nisi turpia, quorum magis conduce/
ret obliuisci: quo circa ingenuis disciplinis nō
tam ob ignauiam, quam quod hortentur ad
virtutes infestisunt: quas si quando nanciscū
tur, videlicet bonę artes quum ad ingenium

Sibi dissimile accesserint, commutata natura
in factionem vitiorum abeunt, ac veluti vilis
simi trans fugae fractis pudoris atque mode-
stie claustris omnia per summum nefas per-
turbant. Nam Pompiliorū & Catonum exē-
pla nō facile reperias. In vniuersum id dixe-
rim: ex bonis plerunque deteriores, ex ma-
lis vero nisi mali non procreantur, vt Thersi-
te Codrus interdū generet, Codrus a Thersi-
te nunquam generetur: per cuiusdam est ma-
lis corui malum ouum, & hiacinthum e squil-
la nequaquam prouenire. CæS. Ita est vt di-
cis Sylla, agnoscimus aliquot virtutis tuę ru-
dimenta, nunc etiam aspicere Marij errorem
incipio: cui non est amplius in animo patroci-
nari nec enim fas est malefacta cuiusquam de-
fendere, vbi rationem repugnare cōstiterit.
SyL. Sero Cæsar īcīpis oculos aperire, & qua-
lī de longissimo somno expergisci. CæS. At
ego non intempestiuum puto quoties emen-
dere atque in melius vertere licet. SyL. Nul-
lus neque locus neque tempus, neque rerū
status prohibet immutare voluntatem: cæte-
rum quo pacto cædes rapinas iniurias bono-
rum reipublicęque ac pene orbis terrarū ve-
xationes apud inferos, vbi cumcta geruntur
alieno imperio, corriges: irritasunt vota nec

surdis auribus principis exaudiuntur: premissum & supplicia iudicum irrogantur arbitrio. Nunquam recordabare mortalitatis tuæ: nō veniebat in mentem fragilitatis & inconstantiæ rerum humanarum: non succurrebat loquus supernitesseras nūquā nō recte cadere: antibi narium putabas affuturum, cuius saltelles sedere scelerum ac nefaria societate cōfunctus fuisti: At ipse porro ne quicquā suos errores deplorat. CÆS. Nolim Sylla tibi persuadeas me vllijs necessitudinis gratia secutum fuisse partes Marianas: verum quod oculandus ea potissimum via principatus vobis debatur. Ad excitandum vero bellum ciuile sum necessitate compulsus, quum rescindenda magnis viribus tot impedimenta fuerint: alioquin parricidium esset ciuium sanguine manus commaculare: quos tamen vniuersos præter capita factionis aduersæ incolumes volui: vndique mea vox in Pharsali coprælio circumsonabat, vt ciuibus parceretur: multique iam profligatis omnibus aduersarijs, & bellis ciuilibus extinctis mea clementia seruati sunt, quum poenam iure belli meruissent. SyL. Tanti ne fuit istec dominatio, vt per vulnera reipublice peteret? CÆS. Propter imperium nihil non fas esse, in cetero

ris vero rebus pietatem colendam arbitror.
Quo magis te Sylla demiror, q̄ te ipsum ab-
dicaris a pulcherrimo terrarum imperio ma-
gnis a te difficultatibus adepto, & senatus cō-
sulto populique auctoritate in perpetuum cō-
firmato. vnde in multis occasiō carpendi cui res
licta est. Quidā opinantur abieccii animi suis
se quod te imparēm tātē molis senseris, quod
tuīs humeris sustinere prēgrandis principa-
tus orus non valueris: alijs calumniantur se-
ne cōstute iudicium amisisse: multi etiam mens
te captum affirmant: mihi vero nescisse litte-
ras videris, nec ullam rerum prēteritarū me-
moriā habuisse. Haud alia fere maiesties bel-
lorum omnium ab orbe condito fuit. Quos
ties populus Romanus ferociter cum natio-
nibus pro imperio dimicauit, tamē si multis
eius possessio futura communis erat: cōcur-
runt gētes inter se regnādīcupidine, fratres
in arenam progrediuntur, nati parentes trus-
cidant: ad principatum festinantibus iura
legesque nihil officiunt: ad hoc tam prēclarī
conatus nulla nec impietatis nec irreligio/
nis rotantur labē: nam quo p̄cepto mortales
vocabuntur in calumniam, si huiusmodi af-
fectionibus dñi quoq̄ perstringantur, & q̄
quā facinus arbitrare, mutuis odij̄s inter se dis-

sideant, dolisq; in fastigium nitantur. Singu
lis horis atque momentis inuocamus Iouē
optimum Maximum, eique Vota nuncupa
mus, quod non minus iustus, ac beneficu
s in omne genus hominum, nostraque salus
in eiusesse tutela existimatur. Atqui ille san
ctissimus deorum patrem folio ac diademata
te per vim spoliauit, ac regno expulit: quod
semper timuisse videtur Saturnus & ipse a
nimis a parricidio non alieni, vt a se potius
deuorandos liberos quam educādos in sui
detrimentum statuerit. SyL. Non sinam te
Cæsar diutius in tanta turpiter hallucinatū
impietate versari, nec sacrilegis aliorum er
ratis accedentem a cognitione summi boni
verique immenso separatum interuallo exi
stere. Videndum autē in primis est nō quid
quisque de dīs sentiat (quando plerique sig
mentis anilibus impudentissime diuina cū
humanis permiscuerint) sed quibus potissi
me sapientem deceat fidem adhibere, si qui/
dem qui friuolis mendaciis leuiter inheret,
bis impudens est: nam & alienam culpam
probai, & sibi nouum errorē inducit. Quid
autem absurdius quam credere deos nō tā/
tum inter se bella gerere, sed etiam cum mor
talibus congregari, alios odire, aliis fauere, &

victos, interdum etiam vulneratos huma-
nis viribus succubuisse? Hæc videlicet sie-
bant Homeris temporibus & Hesiodi; nunc
vero vel omnes dij confessi bellis perierūt,
vel non audent amplius in terram deuola-
re; nullum enim ætate nostra vidimus aut
audiuimus: quāquam & terræ grauioribus
armorum ruinis quatibantur, & quotidie
pluribus aris litabantur. Dii quidem quum
sint immortales, sempiternisq; sedibus sem-
piterna gloria fruantur, auctores bonorum
omnium quæ auto oculis hominum aut mē-
te perspici possunt (nam ea mala quibus fre-
quenter mortales affliguntur, esuis flagitiis
ortum habent) dīi inquam stulte creduntur
mutuis inter se odiis laborare, qui vel huma-
no generi additis virtutum igniculis in na-
tura præcipiant, vt inter se caste atq; concor-
diter ætatem agant, ac veluti parentes sem-
per ad honestatem incitant. Quod nisi dea-
flectendum esset ab incepto sermone, mul-
to apertius tibi sacerē deos Apathes ab om-
ni contagione q; longissime abductos orbē
vnanimi concordia gubernare: quod p̄ra-
sertim ex stellis certissimo colligitur argu-
mento: quæ si vel dīi sunt, vel (quod magis
putarim) iusta deorum exequuntur, qui mor-

callibus inuisibiles penitissimis aditis residet
certis legibus & mira vicissitudine emergentes occidentesque ad continuam rerum propagacionem & decorum vniuersitatis demonstrant in supremis deorum sedibus nihil non agi summa macula sapientia atque virtute. C&S. Sua cuique opinio blanditur quum veritas in occulto est; Ceterum (ut de celo in terram oratio deuocetur) praestantissimi habiti sunt omnes, qui suas cogitationes altissimis in rebus defixa sent, ortu solis & occasu terminauerunt. Stupidos vero nemo inficiatur, quos humi respectantes nulla rerum illustrium cupiditas ad gloriam excitauit. Ac mihi quidem videtur excellētissima ingenia saltem duabus maximis de causis ad summū nitit debere, ne scilicet indigneioribus se pareant, tum imperio potiantur: quare nihil in terris amplius aut pulchrius hominum potestati natura tribuerit. Quod si quispiam tacitus haec secum respectauerit, nequaquam diuersus a mea sententia recedet. Igitur ex antiquis regibus, labore quotidie vita nostra in deterius, facile coniectura possumus assequi, quales principes habituri sint mortales. Priscis temporibus a quibus haec etas degenerauit, rara do-

cumenta sanctitatis s̄t principib⁹ apparue
re. Tu nunc speras Minoas Aeacos & Rha
damathos: quin potius aut diomedē Thra
cem, aut Busfridem Aegiptium, aut aliquē
Agrigentinum Phalarim expecta. Ita plerū
que sit, ut hereditaria regnorum succellio
proclivior ad impotentiam & alia scelera, q̄
vlla tyrannys existat: ab Heroibus enim nō
semidei, sed fere noxē procreantur. Demus
tamen quempiam regem natura benignū
liberalem virtutis amantissimum: quā citis
sime lenitatem hanc omnem consilia malo
rum peruertent. Quid detractores & inui
discessabunt aut infecare lingua, aut virus
in auribus principis instillare, quoad cuius
que optimi virtutem reddiderint inuisam:
quam vt extinguant, sub specie beniuolen
tię durissimis prouincj̄s onerabere: vel tibi
labores herculani proponentur vel Chy
mere Bellorophōris obijcieris, vel viugur
tha parentum nostrorum memoria profili
gare difficilimās bellorū procellas cogeris.
Quid si vel iniquitate locorū vel hostiū ma
gnitudine, vel arbitrio fortunæ, cuius vis
pr̄sertim in bello multum pollet, infeliciter
geltare exercitum amittas, audebis patriā
reniserere regique, cui carnifex animus est, te

ostendere, aut inermis furorem in republi/
ca concitati populi subire? Quicquid acci/
derit aduersis (licet optimas rationes consilio/
rum explices) intemeritatē tuam & impru/
dentiam torquebitur: Nam fere vnu venit
ut consilia euentis ponderentur, & cui res
aduersę præter spem contigerunt, ille nihil
omnino prospexitse dicatur. Interdum etiam
corruptus hostium auro proditionis insi/
mulabere. Quapropter accepta ignominia
nisi ciuium crudelitatem experiri malis, Al/
eibiadis Cononis Thucididis Annibalis ex/
emplo solum exili gratia vertendū est. Syl.
Quid si redeas victor omnium opinioꝝ iu/
perata? CÆS. Num ideo conquiescent odia
malorum, aut inuidia felicium rerum alum/
na conticesceris? Utinam non irritarentur in/
uidorum animi aliena gloria, & in virtute
pestiferos gladios non acuererent; siquidem
imprimis honestum arbitrantur magnitu/
dinem beneficiorum maxima ingratitudi/
ne compensare. Non venit in mentem Mil/
tiadis atque Themistoclis libertatis grę/
ciæ propugnatorum, ut hic ob liberatam
patriam in exilio ille vero in vinculis mori
eoactus sit? Quid præterea virtute Coriola/
ni, quid Camilli, quid Aphricani, quid Afra?

etici fratri Aphricani aut fortius, aut subli-
mius, aut populo Romano conducibilius
fuit: Contra quid magis ingratum ciui-
tate nostra, quae optimos ciues ac de se be-
ne meritos variis criminibus in foro atque
iudiciis petulantissime proscidit ac iniuste
damnauit: Haud aliena mihi quoq; merces
ab inimicis meis proposita fuerat: qui con-
stituerat si priuatus redirem, postquam vitas
que gallias decenio potestatis Romanorum
fecillem, eorum omnium, quae ad splendo-
rem & decus populi Romani gesseram, cir-
cumpositis armis in foro rationem publice
redderet. Hac in spe prouincias suscipimus
administrandas, & cum hostibus configli-
mus: hæc præmia pro vulneribus totiesque
ob rempublicam fuso sanguine referuntur:
Sed alius dixerit nolo ductare exercitū, aut
aliis præesse, mihi mediocris in ciuitate degā.
Nulla mehercule seruitutis expers conditio
futura est, nec tamen nunc cōnumerabo ra-
pias libidines, eorumq; qui ius in alios ha-
bent, superbam dominationem, atq; alia pa-
ne infinita, quæ domi grauissima perferun-
tur. omitto etiam quoties ærarii nomine lu-
xuria Satraparum & auaritia tuis fortunis
explenda sit, illud vnicuique luctuosum, ac

In primis tenuoribus ciuiis funestum est
quum gerendum erit bellum non pro liber-
tate neq; ex commodo publico, sed vniuersi
bidine atque dementia, necesse est nomē da-
re militiæ; deinceps innumerî terra mariq;
labores adeundi subeundaque plurima vi-
tae pericula, quoad vnius deliramenta san-
guine multorum expientur. Helena seu la-
uinia præmium victoriæ futurum est: aut
Indiq; Scytharumue deserta stultis regibus
exploranda comites vniuersos, fame, siti, ga-
stu, frigore, clade, cōfident: interdum in flu-
uios expeditio ducenda: nonnunquam mō-
tibus exequandis siccandoq; mari cogetur
operā nauare misera vulgi multitudo: nec
putes labori quietem impetrari posse ante-
quam vel parens tellus dolore obstupescat
vel compedibus neptunus constringatur. Al-
tera ex parte fastigiū regale imperādīq; dul-
cedo mirabiles excitat amores: singe te Syl-
la eminentissimum æquam dijs potestatem
assecutum, qui ductoris classem, exerci-
tus imperator, multis equitum atq; satellitū
cohortibus vallatus in summa opulentia re-
rumq; successu, arridentibus vndeconque
fortune blāditijs, nutu louis in morem om-
nia gubernes, alioterra alios mari persequa-

sis, castigos rebelles, superbos excidas, sub
lectis ignoscas, ad sis preuidistuam opem im
ploransibus. Tum reges occurrant priuatis,
abieciisque regalibus ornamentiis aduoluti
tuis genibus lele ac regna tibi dedant, vita
que vna cum dignitate arbitrio tuo summis
tant: quorum alios tua liberalitas pristinæ
fortunæ restituat: aliorum perfidia clemen
tiam a te non impetrat; insuper hos distes, il
lis honores & præfecturas largiatis in sum
ma quælibuerit, extollas & præcipites: Quos
fauores hominum senties? quo audies accla
mationes? quæ vota publice priuatimq; pro
tua salute suscipientur? SYL. nempe multi
risum in conspectu Sardonium ridebunt:
multi etiam clanculū subannantes genuis
num insigēt. C&S. Quicquid dixeris (qua
lecumq; autem illud tuerit) subductis super
cilijs admirabundi laudabunt: passim præd
cabere diuina loqui, tonare etiam & fulgura
re: ac vice oraculi sermo tuus per ora popu
li circumlatus habebitur. Quum semel toto
trienio te vniuersè ciuitati ostensurus pla
teas obequitabis, quamvis more persarum
velata facie, tamen vulgum quasi aliquid au
gustius humana specie visurum, dum cre
dit numen quodpiam sub hominis forma

latere, videbis unde certatim concurrere, alios ex fenestris prospectare, multos fornices epistyllia tecta que domorum conscendis se repletis omnibus plateis: atque ibidem studio e proximo conspiciendi alios inter se trudere, alijs pressura proculcati nonnullis etiam suffocatis interemptisque. Tum cedium vestibula tagetis & auleis ornari, vicos spargi floribus, extrui tēperarios arcus, imagines tuarum victoriarū in ferculis vectari. Quid autem dicam de his qui adolēt odores exoticos & diapasmata, symphoniacosque pueros proponunt? Quorūsum enumerem tibicines, aliosque musicos omnigenis instrumentis voluptatem prouocantes: ante omnia iucundissime sunt ac simul pectus & sensus permouēt vniuersos ille populi crebræ voces immēlas laudes applausu maximo congerentis: pars invictum, plerique fœlicem, haud pauciores patrem patrię dicitant: non desunt a quibus terrenus Iupiter nuncuperis. Atque ut pulscherimus tāto cumulus honori accēdat, sub catastrophem huius spectaculi alacres in medium procurrunt, quisq; se non sane noxa neque ob metum, sed æmulatione decoris tua incolumitate deuouerunt, mutuisq; vulnibus in tuo conspectu trucidantur. Vtīna

Sylla vidisse magnificentia atque splendore
meorum triumphorum cum spectaculis apparatissi-
mis, affirmauerit te pedibus in mea sententia
stutum. SyL. Hispanicem innuis an Aphrica
nunquam non de externis viciis agebam, sed de ci-
uibus & liberis Cn. Pompei: Quibus oculis
putas huius luciduosi spectaculi funesta letitia
a populo inspectata? maxime quoniam intueretur
imaginem Scipionis in pompa delatae sibi gla-
dio pectus trahientis, & festigiem Petrei ines-
dia ferroque se necantis? Nempe vel sola Ca-
tonis forma representata, quo pacto manibus
vestem atque recentiavulnera dilacerauerat,
gemitus & lachrimas inspectantibus excus-
sit. CÆS. Nihil citius lachrima arescit preser-
vium vulgi, qui miseratur aliena mala. Quam
obrem facile uno epulo atque congiario re-
dijimus in gratiam, omnesque veteres iniurias
presentia commoda obliterarunt. SyL.
Fateor his animos plebis deliniri: ac in seruis
rurum adhucque nummo pertrahi, sed æmulos
rum, quibus honores libertatem omnem vis-
uendi iucunditatem ademeras, fuit insanabi-
lis dolor. Nolim existimes nobilitatem Romanam
nam stoliditati Capadocum auctoratam esse
quibus persuasum erat, viuere populum si-
ne rege non posse: excelsi nostris hominibus

semper animi fuerunt & insueti lugum pati;
Exterum de his satis est, redi ad cardinem.
CÆS. Præterea vis amoribus operam impē
dere, speciosissimę virginem adducentur: ve
scendum est, sibariticis mensis accūbes. Quis
prohibet aut partitio[n]e indulgere coniuuijs,
aut quę concupiueris, illico perficere: omnia
ex animi sententia veluti diuina virgula sup
peditantur. Proinde non desistes mihi temer
ritatis nomē impingere, qui hæc affectari me
vide potius ne stolidi sit, atque omnii sensu ca
rensis tot aceruos laudis, tam voluptatis ac
cumulationem contemnere. Haud raro solet
euenire, ut n̄ quorum oīs curā est numerosa
pientum haberi, maxime desipiant, ac merito
pro gloria præmium stultitiae reportent. Atq
opinor Syllate aliquoties erroris tui penitus
se; mihi vero vt diuturna possessio tante felia
citatis incundissima fuisset: ita nunc sane m̄q
iore forne conficio, quod repente fastigio
deicctus ad hanc rerum inopiam & solitudinē
nem (ne manticis quidem relictis) deuolutus
sim. SyL. Cæsar opere præcium esse arbitror
anteratiōes depositę a me dictature, quę semi
per obnoxia maledictis improborum homi
num extitit, aduersus cōuitia de fēdere, quā
luce clarius ostendam te magnis in tenebris,

summaque versari cecitate, ut ipse met agnos
cas, ac tandem confiteare (si per pudorem lis
tebit) hoc tuum Tyrānidis patrocinium nul
lis veritatis subsistere fundamentis. Male ins
quis de te sentiūt homines, sed mali profecto,
quibus nunquam probarivitam meam opta
uit: nec enim vlliūs tā admirabilis virtus fuit,
nemīnē inter mortales adeo præclara facino
ra extulerunt, cuius glorię malignitas nō ob
strepuerit, inuidia laudem non sugillauerit:
nullum contra flagitium tam nefarium, nul
la tam impotēs dominatio audita est, quę lau
de caruerit atque fatitoribus, ut studia animū
cuiusque impellunt, ita rebus vel laudandis
vel culpandis inclinantur. Eorum certe quis
bus omnem vim recte sentiendi vtiiorū pra
eritas abstulit, longe maxima pars est: quidam
amore obceçātur: alios rapit odium: multi iu
dicant ex proprio commido: alij vero alijs af
fectibus feruntur. Pertimescerem ego istius
fecis cicatricosum iudicium: aut me permō
ueret nequissimorum hominum auctoritas,
qui veluti quodam violetissimo turbine per
præcipitia cupiditatū ac perturbationum a
curlu rationis abstrahuntur? At qui nemīnē
opinor bonum atque integro & sancto ani
mi iudicio fuisse, neque post hac futurū, qui

velopera mea vellicet, vel consilijs cōstantiā
abroget ac maturitatem. C&S. Nimis de te
magnifice ne dicam arroganter prædicas.

SyL. Ego quoque sentio vani esse hominis
in proprias laudes excurrere absque occasio-
ne, sed quū a calumniatoribus arcessitur ī de-
decus, laudabile est infamiam quomodocun-
que a se depellere: neque te Cæsar debita laus
de fraudauerim, si quidem magnū alioqui &
præclarum virum semper iudicauitum in ci-
uilibus negotijs & administratione reipublis
cę, tum etiam imperatoria dignitate, bellicę
que fortitudinis operibus; hac vna dominas-
tionis immoderata cupiditate excepta, quod
ipse certis signis quum præuidisse, decreue-
ram tuo capite manibus Marij parentare. Ce-
terum stultis amicorum precibus expugna-
tus tanquam e cauea furentis lēcenæ catulum
emisi, qui adolescens spiritu viribusque com-
paratis orbem sanguine ciuum cruentaret:
atque eam nobilissimam rem publicam, quæ
meis consilijs atque periculis a scrutitate libe-
rata, ac ppe funere ercepta pristinę fuerat inco-
lumentati restituta, is inquam flagitosus Ma-
rianorum scelerum minister furore percitus
exagitatam bellis, cladibus funestam, hebe-
tatem viribus & proflus exāguem immanis

sumis hostibus obuiam p̄dām relinqueret.
Porro tibi persuadeas hanc pr̄rogatiā Cæ
sar is uovenerem a loue impetrass̄e, vt illi vni
mortaliū omnium liceret per cades latreci
nia vastationem ad principatum proficisci,
cunctis bonis artibus imprimis boni & æqui
funditus euersis. Nihil autem lōge mens alie-
na est: nec yuquam hæc opinio penitus insita
inueterataque extorquebitur, qui putem ne-
fas esse hominem aliquid homini detrahere,
& alieno incommodo suum commodum au-
gere: nisi vero temere siccarijs & raptoribus
poenā capit is legibus irrogari statutum sit, ac
in vnuin quodque facinus more maiorū gra-
uiter animaduerti. Quum igitur leuiora deli-
cta iubeantur atrocissimis expiari supplicijs:
euersoribus vrbium & quorum opera publi-
ca salus oppugnata & libertas extincta sunt,
credis impunitatem propositam esse: alioqui
& impios Gygantum conatus, spesque sacris
legas olim consensu gentium execratas, iam
tuasentēja laudi posteritas ascribet. Quocir-
ca (vt ad meā causā quasi postliminio reuer-
tar) quod nequaquam inuitus aliena posses/
sione decesserim, æquissimi atque sortissimi
animi fuit. Quippe omnia pessum eunt, di/
uinaque non dignoscuntur ab humanis, nisi

his qui magistratus gerunt non solum à ciui
bus iniuriam propulsent, & malos ab inferen
da prohibeant; verum etiam si min'us incipiē
tes a lare, tum suis affectibus statuant modū,
tum incitatores cupiditates frenent: quinetis/
am nisi manus a rapinis, & oculos ab impudic
co temperauerint aspectu, ad mores potētio/
rum reliqua multitudo componitur, vitam/
que principis exemplum sibi ac normam vij/
uendi propositam esse putant. Quod si prin
cipes non magis libidinibus regerentur, quā
regerent libidines, & acres suorum vitiorum
vindices existerent, profecto non inuadere/
tur tot prauitatibus, genus humanum, labe
scelerum passim veluti contagione serpente
ac p̄xima queq; occupante, vt rara mēbra ali
cuius ordinis integra relīcta sint. Nūc tecum
Cæsar examina vtrū videar repr̄chēsione di
gnior an laude, siquidē minime pegrinis mo
ribus ingnatus per maiorū decurrido semi
tas me ipsum vici, meisq; commodis & volu
ptatibus pepercī, vt ea quę nostrę reipublicāe
usui essent, mea potissimū cura studio diligē
tia prospicerentur. Accedebat ratio conser
uanda voluntatis eorum: quorum collocati
meritis eramus in amplissima dignitate. Hi
quum imperium Romanum longe iaq;que

propagassent, in uictū esse (si dījs ita videre-
tur conuenire) voluerunt: quod nequaq; futu-
rū arbitrabant si a iustis legitimisq; magistra-
tibus ac imperandi vicissitudine ad vnius ar-
bitrium summa reipublice deuolueretur: et
enim satis apparebat diuīum iri mētes ciuitū
& fore vt multas in partes corpus reipublicæ
scinderetur plērisque ad culmen regiē domi-
nationis aspirantibus. Quis autē alteri cædes-
ret in libera ciuitate quū ius omniū cōmune
esset: aut q̄s tā humili sorte ī obseuro est, q̄ se
dignū p̄cipatu non credat. & alijs anteferri
nō studeat, eo iā ipudētię & ābitiōis vētū est.
Idcirco discordię grauissimę cū acerrimis cō-
tentionibus ciuile bellū suscitaret, ac vsc̄ adeo
cēdibus iter se fureret, quo ad suis iþorū viri-
bus cōficerent, imperiūq; totius orbis clarissi-
mū oībus ex paribus quaſſatū rueret ac pēit
extingueret. C&S. Ita ne rudes aī fuisse n̄os
maiores existias, vt aliquid in rebus hūanis ppe-
tuū ap̄d se statuisset: ita īperitos antiquatis vt
nō habuerit ante oculos quot amplissima res
gna potētissimęq; res publicę fluxu tēporū a-
ſtripe interiſſent? Haud aliter ſc̄le hūanę res
habet, ac sydera: hæc ei exoriunt, illa occidunt,
ac per vices imperia sortiuntur. Olim regnū
Egiptiorū abunde clarū ac gētibus formido-

Iosum fuit: at hi nunc salutem suam populo
Romano commendarunt. Fama est Ama-
zonas multis nationibus imperasse, quarū
nihil præter nomen ad nostram ætatem per-
uenit. Viguerunt Assyrii: Parthorum duo
de viginti regna fuisse produntur: terribi-
les Persarum copiæ terra marique metuebā-
tur: quæ plane omnia aut euersa sunt, aut
multum a superiore fortuna deciderunt.
Quid Athenienses Lacedemonij Macedo-
nes? Nonne late imperio potiti sunt: nū Car-
thaginensium opes ingentes non memini-
mus: at omnes hi cœrui cœ Romanorū, pote-
statibus flectunt, victique iugum patiuntur.
Vnde facile est connicere imperii quoque
populi Romani propediem interitum fore:
Quælibet etas suis rerum mutatioibus per-
stringitur. Porro quis tot conuersiones tan-
tam temporum instabilitatem non admire-
tur ac obstupescat? Hi græciam occupau-
erunt: illi Asiam: alijs in Sicilia considerunt:
ab alijs hispania possessa est. Quædemum
natio Italiam suę ditioni vendicare non ten-
tauerit: fortasse posthac eueniet, vt aliquæ
gentes incognitæ ex Scythicis nemoribus
in Italiam migrant, iusque Romanis ac Itali-
cis populis ex capitulo dicat. Quare super-

quaevā mihi videtur hæc tua de posteritate
sollicitudo: quæ necessitas allatura est, huma-
no consilio repelliri nequeunt aut immutari:
nam & princeps poætarum cecinit. Non po-
tis est fixas parcarum auertare leges. SyL.
Quæ postremo de vi fatorum adieciſti, in-
explicabiles aufractus habent: opinor hæc
in ſcrinio Iouis tantum feruari, nunquam
ad mortales peruerſiſſe. Itaq; ne videamur
in tenebris palpare ſatiuſ eſſe puto nos quæ
ſtioneſ hanc silentio prætermittere. C&S.
Redeas igitur ad iſtitutam diſputationē.
SyL. Non iſſicior equidem res humanaſ
mutationibus obnoxias crebro fortune vo-
lubilitatem experiri: nec enim cuiquā dubi-
um eſt, nihil aethernum conſtantue celi am-
bitu complecti, nullius pedes adeo incōculi-
ſa ſtabilitate figi, vt proni ad lapsū nō ſint.
Quapropter non ſumus ita leues vt ſpere-
muſ dominationem Romanam cunctis ſae-
culis duraturam: cæterum ſeelicē optamus
ac diuturnam. C&S. Atqui vereor ne mul-
torum opinioſ ſit eam nimis diu floruiſſe in
magnis præſertim ſeditionibus & malis in-
teſtinis. Cogita quādiu reges vrbi præfue-
ſint, quamdiu reſpublica per conſules admi-
nistrata ſit, longam ſeriem annorum inue-

nies; mirum quo pacto iam senescens imperiū quicq; sui pristini vigoris retineat. SyL.
Principuē quum tu Cesar ipsius viscera laceaueris, ceterisq; tradideris lacerāda. Viguīs
set prosector vigeretq; diu, si non tibi ipsi, sed
populo Romano dominationem compara-
uisses. eiusq; fuisses honorē tutatus: non do-
lerent hodie tui Ciues impunitas C:assiana
clade legiones. C&S. nimirū iste dolor nū/
quā ad me peruenit. Syl. Ergo tibi soli viue-
bas, qui nec bonis tuorū letareris, nec malis
ingemisceres: nesciste cū naturam tot ani-
mi & corporis dotibus muniuisse, tū ad sum-
mos honores indulgenter a fortuna proue-
ctū, vt ex tua industria quā plurimi fructū
decerperent. C&S. Decet mehercule suam
quisq; rē agat, suis cōmodis attētus sit: ex sus-
perfluis vero liberalitatē exerceat. SyL. qua-
si nō hæc potissima sit, deorūq; potētiq; non
æquiparetur: quippe nec alio itinere liber
pater, Hercules, Ceres, Pallas & Alij ad diuinā
ratē profectisunt. C&S. Sylla nimiū obsoles-
ta vetustate narras: q; si res ita se haberet uti
ais, nihil istoc magis tuę sentētię subscribes
rē: sed cōtrahe iā vela, & cursum, quo cępe-
ras intēde. Nequeo tamē intelligere quō te
isto ex labyrinto euoluēs; hæc quam maxi-

me pugnant inter se: perpetuus Dictator;
quum nihil minus cogitares, renūciatus es;
quod omnes ordines & magistratus ratum
habuerunt: & ipse (licet dissimularis) appro-
basti. deinde contendis cedendum fuisse de
iure alieno, quasi vero iniuste possideres ea
quæ partim efflagitare tui labores videban-
tur, partim consensus omnium in te colloca-
uerat propter liberatā ut affirmas a seruitur
te ciuitatem atque in sua pristina libertate
conseruatam: quibus de causis duo clarissi-
mi viri Codrus in grecia Cyrus in Perside
regno potiti sunt. Hæc usque adeo intricata
sunt, ut ad Sphyngem thebanum autorem
referri queant, adeo quidem obscura ut pu-
teo (quemadmodum aiunt) cōstrictus ince-
dere pertenebras Heracliti videare. Syl. At
ego facile tibi ostendam orationem meam
nulla in parte a se ipsa dissidere, neque ullis
ita nubibus velatam, quo minus prima facie
intelligi possit. Quum populus Romanus
summam in grauissimis periculis milii po-
statem mandasset, voluit succurri periclitans
si reipublice: cuius incolumentem una cum
vita ciuium atq; fortunis defendarem: non
autem, ubi aliorū Tyrannidē euertissem, ip-
se confitimus principatum arriperem: urbs

autem utroque modo libertate spoliaretur:
atque (ut dicitur) dum Carhybdim declinat,
incideret in Syllam, mens huiusmodi non
fuit vniuersi populi nec inuentum, ut im/
perium in me perpetuum conferret, se vero
in aethernam demergeret seruitutem. Cæte
rum id a meis necessarijs exquisitū est: quo
rum intererat officij me cunctis laudibus &
ornamentis afficere. Igitur amici retulerunt
senatus assensus est, populus auctor fuit; ta/
mēsi tunc eadem ipse mihi vēdicare potuīs
sem. Quid credis ciues nostros beneuolen/
tiae gratia seu meę virtutis admiratiōe īs me
voluisse beneficijs prosequi: certe legionis
bus tribuerunt, ac tempori obsecuti sunt.
Quæ res oportuna mihi visa est, donec rei
publicę status ordinaretur: erant enim plus
habitura ponderis quæ fuissent a vero legi
timisq; magistratu instituta. Proinde cun/
ctis ex sententia perfectis, dictaturam depo/
sti, legiones reipublicę restitui, satellites di/
missionem rerum a me gestarum ad nu/
cum populi sigillatim redditurus, ut nemo
esset, cui minus constaret, me ob tutelam pu/
blice libertatis, non priuata similitate bellū
contra marios communes bonorum omni/
um hostes gellisse. Sed singe cūctorum, or/

diuum alacritatem in me ornando fuisse ma-
ximam & constantem, negabis esse magnit
animi, quod abductus proculab illecebris
& vanitate rerum humanarum, proculatiss
que ac dissipatis teterrimis libidinibus: quoq
ut plerūq; sunt vehementes & incitati, ratio
nem subigunt, captiuamque post terga tra-
hunt; superata denique laudis titillatione,
qua mortalium pectora maxime permouen-
tur, potuerim fascibus imperatoris carere,
pulcherrima re atque iucundissima, quem/
admodum ipse arbitraris? Desinant igitur
maledici calumniari a me quicquam vel fra-
cto animo vel alienata mente factum fuisse:
quando neque per devia, neque per obli-
quos tramites hoc iter primum fecerim. Os-
lim Ptolomeus, Ariobarzanes, Seleucus re-
gnūm deposuerunt: apud nos Cincinnatus a
dictatura, Messalla Corvinus ab urbis præ-
fectura le abdicarunt; i imperium perinde at-
que naufragium fugientes: in quo in nume-
ramala aggeruntur, ad humilem statum, ve-
lut Asylum quietis, intimumq; finum pacis
& ocij, ubi profundissime in utramque aus-
tem dormiendi facultas esset, descenderunt.
Post hac animaduerit Cesaran decere tuam
grauitatem videatur vnumquodq; ex pri-

fio impetu animi de more imperitae plebe/
tule iudicare: diligenter omnes scrutandi
sunt secretiores mentes recessus, & penitio-
res fibre pectoris accuratius disquirendę, sin-
gula denique grauissimo iudicio tanquam
trutina ponderanda priusquam de vita cu/
iuspiciam illustris viri sententiam pronosticem.
CæS. Hactenus maledictis respodisti: nūc
vero quemadmodum polliciberaris com-
para principum eruminas vna cum volupta-
tibus. SyL. Sedulo tibi mors geram de ty/
rannorum cruciatibus, quos probe cognoscemus si non superficiem tanquam per tran-
sennam considerantes, sed quasi Lynceis oculis eorum anxietates introspexerimus.
Deū immortale quot veluti diducta Chla/
myde vectes, quot clavi, quot tela, quot sedeg
cicatrices & letalia quasi chironis vulnera in
toto corpore luxatis membris ac distortis ap/
parebunt. Si pterea proprius intueamur qui/
bus curis confiantur, quantos labores per-
ferant, quas sustineant vigilias, quam ingen-
tibus periculis & insomnijs extereantur, ne
mo carebit admiratione, superesse nonnullos,
qui tantum onus ab humeris nō excutiāt,
& hanc malorū hydrā priuata redimāt quiete-
te. Nāque hebeti pleriq; iudicio nihil necq; sce-

Ieris neq; turpitudinis p̄termittunt, quoad
in summo constiterint hi personam felici-
tatem cōspicati, magnis calamitatibus inuol-
iuntur: ijs duntaxat quę oculorum & aurū
sensu percipiuntur, animum intendunt, se
dissimas autem sub fuso delitescentes macu-
las non vident: quas si æque exploratas ha-
berent atque ipse habeo, s̄pē numero men-
tem ab ista pulchritudine regnorū ad spes
priuatas conuerterent: mox dilaberentur il-
læ feruentissimę cogitationes, & omnis ve-
sana principatus inuadendi cupiditas extin-
gueretur, vt tandem nequaquam dubium
esset humiles in agris aediculas, & holerum
in ocio tranquillissimo cibum longe præsta-
re tessellatis pavimentis, & incrustatis mar-
more parietibus, aureisque tectis, quæ sexcē-
tis columnis innituntur: vniuersę inquam
pompę ac strepitibus armorum & supremę
dignitatis: Porro tenuioris victus iucūdita-
ti neque persarum apparatus neque mensæ
Syracusane, nullę opes nullę delitię, nulla
regum bracteata felicitas comparari potest.
Etenim qui regnorum administrationem
suscepere, ac gentibus, populis nationibus
præesse statuerunt: non arbitrentur se ad de-
fidiam natos & voluptates, quo yltæ curri;

cula molliter in magna rerum affluentia, sum
maque tranquillitate ad finem extremū de-
ducerent. At qui proponāt necesse est publis-
cam incolumentem communiaque commos-
dā sibi prospicienda augenda & conseruan-
da esse: ut quum ipsi iugularint, atque animū
tuteles suorum intenderint, vrbibus atq; pro-
uicis esse quæsita salus & securitas videātur.
Quæ si patribus familias negligēda nō sunt:
& gubernatores magnopere studient ut suā
quisque nauim incolumen in portum appell-
at, interī nullum tempus sine maxima sol-
licitudine transfigitur: cæteris quietem agen-
tibus ductor clavis domicilia solis & lunę mo-
menta perpendit; nunc regionū & maris na-
turas meritur: modo digitis computat quos
superfunt dies ad ortum & occasum Orionis
atque Succularum, vt cautus impēdentes tē
pestates aliquo defugiat recessu, vel si depre-
hensus ī mari fuerit impavidus præuisas exci-
piat & facilius euadat. Hic vrit Malea: Syple-
gades illic formiudantr: alibi Sytes & Siculi
Fretivortices pectus exanimant: adhæc flus-
tibus inter se concurrentibus vehementer
angit. Experuceras: iā arę sub vndis depres-
se: iam instabiles arenarum cumuli & præ-
ruptę moles in coelum pertingentes, aliaque

huiusmodi curis assiduis pensitanda, quibus
nauarchi velut exitialibus colubris impalle-
scunt), quid in magno imperio constituti,
quos omnes quarta luna genitos crediderim
non secus ad Igleſie mala attrahētes, ac cęcias nu-
bes, quanras coimotiones quotæstus quas
tempestates & subitas pcellas in magna mo-
rum & linguarum dislimilitudine, ambienti
bus vndequaque fœuis & minacibus hostiū
copijs, non cogitent sibi perferendas? Quod
ingens regnū, aut quę res publica potens diu
vel exterñorum beliorum vel domesticarū
seditionum fuit immunis: haud quiescit vny
quam genus humatum, nec statu, quę fors
obtulerit, contētum est. Quippe natura mor-
talium in hoc prava dici & existimari debet,
quod in suo quisque negotio hebetior semper
nouas res molitur, sperans, si conditionē
fortunæ mutauerit, successus meliores ade-
pturum. Proinde his duntaxat a Romanis in
tot ætatibus in tanta annorum reuolutione tē-
plum Iani clausum est, alijs atque alijs bellis,
veluti capitibus Hydry succrescentibus: quæ
quum aliquando b̄c eū tamen interullo con-
quieissent, ciuilibus discordijs exagitaban-
tur: quod malum intestinum citius vel amplis
firma imperia, quam ullus hostis euerit. Por-

to quoniam homines procliuiores ad facinora sunt, quam ad virtutes, a quibus facinoris nullius auctoritate, ne deorum quidem immortalium maiestate deterretur, quotidianus tumultus atque Panici terores in agris & ciuitatibus compescendi, sanandaque diversorum scelerum pestes exoriuntur. Num credis paucos ad tuas opes & potentiam incubentes imperandi libidine torqueris ac dies & noctes anxie cogitare quemadmodum affectatam Tyrannidem animo gladiatorio arripere? In amplissima dignitate suspecta sunt omnia, timentur amici: familiaribus non confiditur: a liberis & uxore cauendum est, illa vires cōditio miserrima est: ubi magis spei ad tutelam sui corporis in barbaris hominibus & canum fide reponitur, quam in ijs, quos genueris nedum tenuiore necessitudinis vinculo copulatis: ad hoc non opes tam, sed ingenium & virtus cuiusque formidolosa sunt. Delatores quidem & susurrones omnes ad unum & a caluo (ut dicitur) ad caluum cōmunitis regum omnium ac regnorum pestis, totidem vomicæ rerum publicarum & carcinomatæ, primas atque postremas partes Tragediae sibi depositū: his quoniam sunt aures & oculi principum, nulla ianua clauditur quo

minus admittantur : nullum tempus impo-
tunum est, quo minus audiantur. Deum im-
mortale quantas curas pectoribus ingerunt:
quot mentem perturbant in somniis : quot la-
trocinia fumum venditantes cōmittunt: quā
diris calamitatibus vrbes implicant, omni fe-
re labe his ex fontibus manante: nam quum
affiduis criminibus dicta factaque singulorū
clam inuisa regi faciant, irritant ipsius animū
& nox ad crudelitatem impellūt. Extemplo
venit i opiniōnē leuis crudelis sanguinarij
principis: quę nomina (quam maxime fieri
potest) a magno & præclaro principe fugien-
da sunt: siquidem non paucorum ciuium, sed
omnium populorum odium & inuidia cōtra
huntur. An vero quos tibi putaris insidiari,
supplicijs supremis afficies vniuersos : at hi
quiū sint potentiores, multisque cognatio-
nibus & affinitatibus muniantur, mordebūt
frenum: ut dicitur, ac periculum periculo p/
pulsabunt. CÆS. Hactenus existimauit mul-
to maximas in quoquis genere flagitiorū cle-
mentia: partes concadendas esse. Ceterum
vbi nimia lenitate mei animi scelerum impu-
nitas in meum caput recidit, opinor maiore
in huiusmodi casibus vitæ rationem oportet
haberi, quam opinionis vulgi cum in om/

nire facilis iudicio, tum in alienis negotijs esti
mandis incredibiliter temeritate vanaque ac in-
consulta persuasione sepius ad poenitentiam
usque laborantis; nam quos venia dignos ob-
tenuem suspcionem arbitraris, valentes ad
spes perficiendas indulgendo efficis; atque
etiam quoniam suspecti habeantur, maturius mes-
tu se liberare vel periculofo facinore cogun-
tur. Tunc illud pulcherrimum donum Cy-
clopis exemplo in premium benignitatis exi-
tio proprio breui compensandum. Et quam-
uis complures a sumenda descelerosis homi-
nibus pena causa cohiberent: ne tamen pena
deas animi, ac subinde circumspctes (quum
presertim audierim vulgo dici malum esse
custodem diuturnitatis metum) omnia ferro
flamma ruina excidenda sunt, vnde aliqua pe-
riculi suspicio apparuerit. SYLLA. Recte ait
o Cæsar, quoniam multa sunt in vita hominum
turpiter & calamitose neglecta, emendatione
tamquam aliqua corrigi possunt: istius autem sce-
leris, si presens occasio negligatur, postea quoniam
tanti veneni vis continenter vetustate inua-
lescens per capita multorum demanarit, ne
quicquam recuperandæ facultas desiderabis-
tur. At vereor ut omnibus abominatibus ac
etiam extimescentibus tuam crudelitatem di-

caris non obuiam ire flagitijs, & improborū
hominum ferociam legibus contundere; ve-
rum pleraque fama circumferetur vel rapas
citatis studio, vel inata sequitia te cædibus in
